



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis
Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz
Toletani è Societate lesv**

Álvarez de Paz, Jacobo

Coloniae Agrippinae, 1615

§. 10. De Humilitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46634](#)

rigor; nihil de statuta, aut merita pēna, remittens.

Postulatio Clementiæ : Domine Iesu Christe, qui misericors & clemēs diceris, & quod in te est, magis eligis misereri, quam irasci; fac nos, peccatores & delinquentes fratres nostros agnoscere, ut dum eorum delicta ad seueritatem excitant, propria natura nostra, tua gratia decorata, mentem, in ultionem inhiantem, ad clementiam & miserationem infirmorum inflectat. Amen.

De Humilitate. §. X.

Humilitas est virtus, qua homo ex intima cognitione maiestatis divinae, & reverentia ad Deum, atque ex verissima notitia sui, affectum reputat excellentiæ sibi non debitæ, ab alijs despici appetit, & (quod ad se pertinet) in infimo se loco constituit. Descriptio hæc colligitur ex Thoma Aquinate. Sed aliam breviorē & satis pulchrā gradib. hu assignat Bernardus, dicens: Humilitas militatis, est virtus, qua quis verissima sui cognitio,

D Th 2.2

q. 161. ar. 6

Bern. l. de

gradib. hu

tione sibi ipsi vilescit.. Bonitur autem Humilitas, Modestia pars, quæ virtus quædam est generalis, cuius officium est, moderari appetitiones & delectationes mitiores his, quæ in cibis, & potibus, & venereis, & iræ effrænatione consistunt. Reprimit enim Modestia appetitū excellentiæ, & sic est Humilitas: appetitum habendi, & sic est Paupertas: appetitum sciendi, & sic est studiositas: appetitum loquendi, & sic est Taciturnitas: & motus externos ac corporis cultum, & sic nomen Modestiæ retinet.

Incitamenta ad Hūmilitatē sunt:
I. Cognitio Dei sui. Qui enim diuinam Majestatem contemplatur, cui in libro Sapientiæ dicimus: Quoniam tamquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, & tamquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terram. Qui etiam seipsum intuetur: quia puluis est, & in puluerem conuertendus: & quia antea nihil fuit, nunc cumulus miseriarum est, & postea tabes & putredo erit.

Sap. II. 23.

Gen. 3.

erit. Qui serio animaduertit, quam
ignarus sit, quam instabilis, quam ad
malum pronus, quam ad bonum in-
firmus, quantis peccatis obnoxius,
quam infimis rebus addictus, quan-
tis miserijs subiectus, quam in esse
in posse, & in operari, ex se nihil ha-
bens, & à Deo pendens, cecus profe-
ctò erit & stultus, si altum sapiat, si
propriā excellentiam quærat, si non
se apud seipsum, & apud alios quel-
que despiciat.

II. Admirabile templum Iesu
Christi, qui cum esset filius Dei, ex-
naniuit se metipsum, formam serui
accipiens, & se non magistrum pa-
trandorum miraculorum, sed prece-
ptorem humilitatis exhibuit. Qui-
que sua infinita dona cognoscens, se
ea nō à se, sed a Patre habere cono-
uit, & seipsum, tamquam nihil ex se
habentem, inexplicabili quadam hu-
militate despexit, & doctrinam suā
à Patre datam esse professus est, di-
cens: *Mea doctrina non est mea, sed e-
ius, qui misit me.* Humiles parentes,
infimum semper locum tenētes, ele-
git,

git, & ab omni fastu, & arrogantia,
 & hominum plausu, & mundiali di-
 gnitate fugit. Hunc ergo, in præsepe
 iacentem, & in cruce morientem, &
 factum nouissimum virorum, vt dixit Isa. 53. 3.
 Isaias, Deus Pater nobis in magistrū
 vitæ proposuit, vt ex ipso discere-
 mus nos ipsos interius humiliare, &
 exterius deijcere, & infimum locū
 appetere. Nunc in ciuitate Dei, inquit
 Augustinus, & ciuitati Dei, in hoc sæ-
 culo peregrinanti, maximè commen-
 datur Humilitas, & in eius rege, qui est
 Christus, maximè prædicatur, contra-
 riumque hnic virtuti elationis vitium,
 in eius aduersario, qui est diabolus, ma-
 ximè dominari, sacris literis edocetur.
 Hanc nos virtutem propriam Chri-
 stianorum, & à Christo, Capite no-
 stro, verbis & exemplis commen-
 datam amplectamur, vt eius mem-
 bra, capiti consentientia, iudice-
 mur.

AUG. 14.
de ciu. c. 3.

III. Humilitas est fundamentum
 virtutum, Veritas vitæ, Pax animæ,
 despectio terrenorum, quam qui
 possederit, beatus erit, & Deus il-
 lum

Ium exaltabit, & in magnam gloriā attollet. De quibus postea.

Actiones Humilitatis sunt: I. Seipsum agnoscere, & omnia dona, tum naturalia, tum supernaturalia, aliena esse, nempe Dei, verissimè profiri, & se ex se nihil boni habere, sineulla fictione cogitare.

II. Seipsum despicere, & quoad ea, quæ quisque ex se habet, seipsum vilipendere, & in quaue re, etiam minima, penitus de seipso diffidere.

III. Seipsum reputare receptis Dei donis indignum, & ad nouarecipienda ineptum: Talemque se potest quisque estimare, sineulla falsitate, quia re vera talis est secundū ea, quæ ex se habet.

IV. Non cupere ab alijs magnificari, honorari, vel laudari, & omnem honorem & laudem in Deum suum auctorem reijcere.

V. Desiderare, quantum in ipso est, contemni, & vilius haberi, nisi aliud personæ dignitas, officij qualitas, proximorū ædificatio, & diuina gloria requireret.

VI. Pro-

VI. Proprios defectus libēter detegere, & ingenitam vilitatē declarare, nisi fratrum ædificatio & volūtas Dei aliud faciendum esse suadet.

VII. Dolere, quod magnificat & honoretur, nisi ob gloriam Dei, ratione officij aut dignitatis quam gerit, & omnem gloriam, auctoritatē, aut honorem, quem vitare non decet, in Deum referre.

VIII. Censere se omnibus viliorem, secundūm ea, quæ ex seipso habet, & in alijs diuina dona considerare.

IX. Subiçere se Deo, tanquam mancipium domino, vel tāquam testa figulo, vt de se, ad suum beneplacitum, in hac & in alia vita disponat.

X. Subiçere se hominib. propter Deum, præcipue superioribus, sine reque se sine villa difficultate gubernari.

XI. In externis functionibus, quantum est in se, abiectiona complecti, vt latus sinistrum in congressibus,
locum

locum infimum in confessibus, officia minus honorata, detritiores vestes, pauperiorem suppellestilem, incommodiorem cellam, simpliciores socios, & cætera huiusmodi. Hęc in affectu; nam in opere debet se accommodare muneri ac dignitati, quam gerit.

XII. Seipsum tandem in conspectu Dei & hominum, canem mortuum & fœtentem reputare, quem omnes fugiant, omnes vel conspectum eius exhorreant.

Postulatio humilitatis: Domine Iesu Christe qui filius Dei existens, caro pro nobis factus es, & te ipsum vermem, & non hominem, & opprobrium hominum, & abiectionē plebis appellasti, & ad humilitatis exemplum inter duos latrones mortem subire voluisti: da nobis, rogamus supplices, verissimam tuę Majestatis ac nostrę vilitatis cognitionem, & ut nos ex corde vilipendamus, & contemptui haberi concupiscamus, benignè concede, quo humiles & tui similes facti, ad consortium humiliū,

lium ; qui in cœlis gloriofissimè re-
gnant, euolemus. Amen.

De Paupertate. §. XI.

PAUPTAS est virtus, qua modera-
mur appetitum possidendi res tem-
porales, & solis necessarijs secundū ra-
tionē status cōtenti sumus. Paupe-
ratē verò Euangelicam Laurentius Iusti-
nianus ita describit: *Est cum spirituali
intentione, voluntaria abdicatio tem-
poralium: est etiam quædam manudu-
ctrix in via, quæ dicit ad cœlū: vr̄ctio*
*athletica, & exercitatio magna & mi-
rabilis. Est quoq; port trāquillitatis, nu-*
*trix confidentiæ, quietis fundamentū,
orationis adiutorium, peregrinationis
exhortatio, & perfectionis porta, sine
qua nemo coram Deo in spiritu diu per-
durare poterit.* Albertus verò sic: Pau-
ptas est, omnia propter Deum sponte
& libenter dimittere, nihil præter solā
vecessitatem possidere, eadē necessitate
se indignum sentire, & etiam nece-
sitate quandoqne propter Deum care-
re.

*Iust. in li.
gno vitæ
de Paup.
ca. 1.*

Alb. in li.

de vir & 5

N

II. Pau-

ER.
ssibus, of-
etritiores
lectilem,
mplicio-
odi. Hec
bet se ac-
dignitati,
i conse-
n mortuū
m omnes
Etum eius
Domine
existens,
teipsum
& oppro-
ione ple-
catis exē-
mortem
rogamus
Maiestatis
hem, & vt
& con-
nus, be-
les & tui
m humi-
lium,